

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Schede

Lectori Benevolo S. Agriculturae studium esse vetustissimum ...

[S.I.], 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742551636>

Druck Freier  Zugang



dkk-9453 (1)



Inhalt:

(Progr. 1631) G. Schedius, Metaphrasis poet. Feschajahu proph. concionum.
Funeraria in obitum Gust. Adolphi Socie reg.. habita a G. Schedio, Rect. Sch. Gustr. 1633.
Lemus Regius, Das ist Schnilke Klag: u. Trauer Schrift iib. d. Hintritt .. Gustavi
Adolphi.. Autore G. Schedio. 1633.

Progr. 1646. (Lectorum ad omt. invitata Rect. Sch. Gustr. etc)

1648.

1649. (Jan., Marz, Fdes.)

1650. (1. Aug. II Nov.)

1652.

1653.

1655.

1658. (1. Oct. II Dom Laetare.) F. V. R. —

1663.

Natales Reipublicae Mecklenburgicae sacri. Gustr. 1666.) P. Schedius / De negotiis prietatis.

Haut, Disp. log. de formal. enunciationis redupl. et spec. sub prals.

J. Voigtii, Rectoris .. defendet. Gustr. 1671.

Wagner, De oraculis Sibyll. sub pr. Voigtii .. def. Gustr. (1672)

Progr. 1702. (Contra indifferentiam religionum.)

J. Otto, Thesis log. resp. Baleke. Gustr. 1706. Editio II. 1700.

" De veritate rel. christ. .. resp. Spank. Gustr. 1710.

In alterum jubilaevum Lutherenum .. Gustr. 1717.

Seculare laudis sacrificium .. atlanta novellis Athonaei Gustr. Collegis. (1717)

Thesum misc. decadem .. moderante J. Otto Rector. prop. D. Sandow. G. 1717.

Triumph-Sied .. 2. Luth. Jubel-Fest .. G. (1717)

Festum translat. Bibl. Luth. germ. .. celebor. .. virt. Richter. Gustr. Rector. (1719.)
Cantata. (1719.)

Progr. 2. Festum sicc. II Augustanae Confessionis in part. " .. (1730.)

Cantata .. (1730.) [1730 steht MC 885-2] ..

Progr. 2. Februarstagpsie dor Herzogs 1731. (Richter, D. Henrico Leon.)

" [1733 steht MC 885-2] 1732. (D. Alberto et Johann.)

" 1734. (D. rebus Mecklenburgicis -)

M. Progr. 2. Gitarrekspedition d. Corps 1718 ff. u.a. siehe KL. 74.

P. Schedius / De negotiis prietatis.

int. pros. J. Voigtii. Gustr. 1671.

(Hut Schlechte)

Progr. 2 Geburtstage des Herzogs. 1735. (Richter ed.)

1736. (" ")

1737. (" ")

1738. (" ")

1739. (" ")

1741. (" ")

1743. (" ")

1744. (" ")

1745.

1746.

1747.

1748. *Leveritatem bucolicum* ed. Richter. 1747.

1749.

1750.

PhilippiJulii Dicis Pom. diarium itineris ed. Richter. 1750.



Lectori Benevolo S.

Agriculturæ studium esse vetustissimum, quotquot unquam vixerunt homines, uno ore statuerunt. Inventorem ejus primigenitum Ethnici faciunt Saturnum, qui à Jove Filio Imperio exutus in Italiam navi appulsus, & à Jano hospitio exceptus Ruris peritiam colendi ipsum docuerit, rudemq; victum in meliorem commutaverit. Suæ erga eum gratitudinis declarandæ causâ numisma fecisse, cuius una pars Janum bifrontem, altera navim, quæ usus in Italiam Saturnus venerit, sculptam habuerit. Hæc quam sint veritati consona, videamus. Moyses immedia-
tè à Spiritu Sancto doctus protoplastum à Deo creatore in Paradiso, Horto per amœno, fructibus savissimis, arbores vitæ, fluviis irrigantibus, auro, margaritis, gemmis, & omnibus amœnitatibus reseruissimo, ut illū excoleret, constitutum, uxorijs illecebris fructu vetito degustato, ex illo pulsum & ejectum teatur: Porrò terram in sudore vultus sui à Deo colere jussum esse, addita hac imprecatio-
ne, ut illa pro fructibus sentes & tribulos ei produceret. Mox duos diversos hominū status in Caino & Abele nobis describit. In illo quidem primogenito Agriculturam commendans, arborum sationem, & topiariam; In hoc vero Ovium, tanquam vilioris rei, curam & pasturā. His si addamus Adamum, apparebit, sub ipsius imagine Gubernator Oeconomiae præclarus, & Ecclesiæ Doctor eximi-
nius. Hic enim Filios nequaquam permisit otiosos & inertes divagari, sed ad labore assuetos iuxta Dei volun-
tatem voluit manducare labores manuum suarum. Agrū itaq; Cain coluit, idemq; posteros vitæ gen⁹ docuit. Neq;
Noam ejus suisse ignarum extra cōtroversiam est. Hunc enim



122.

enim legimus Terram coluisse, dispersas in diluvio vites
in unum locum collectas in ordinem redigisse, ne vamq;
quasi artem plantandi invenisse, qui nempe traduces mi-
tiores immisi silvestribus & hi mitescerent. Jam si Deus
Adamum damnavit ad Agricolationem; Si Noa Agricul-
turæ fuit gnarus ante diluvium, nec in Arcâ illâ dedidicit;
sed terram ab aquis liberatum vel vomere, vel pastino ad
semen concipiendum, & fruges cum usurâ ferendas habi-
lem & idoneam fecit: Utiq; in Italâ demum à Saturno ter-
ram neq;ue pastinando fertilem reddere, neq;ue vites plantare
& liquoram indè exprimere doctus fuit. Præsertim cum
Saturnus primus, Nimroth Babylonis extructor fuerit
Noæ ex filio Chamo Nepos. Et si omnino Monetæ cu-
dendæ artem Noa invenit; non illa Symbolum fuit aut
esse potuit gratitudinis Saturni, (Nimrodi,) qui nunquam
malè sibi ob Assurem, filium Semi, cui terra Babylonica
diribitore totius terræ Noâ obtigerat, vi expulsum, con-
scius Italiam visendi gratiâ Noâ adjit: Sed potius disces-
sus à filii & nepotibus, quibus in partes totius Universi
transmissis Monetam illam, quasi ~~onus~~ terræ ab aquis li-
beratæ in memoriam reliquit. Janus bifrons non deno-
tat Noam-Janum & Saturnum, sed unicum Noam-Janum,
qui hominum antediluvianorum in Cataclysmo miseri-
mum interitum, & novi Mundi cultores feliciter exurgen-
tes viderit. Idem judicium esto de navi, Hæc nulla alia est,
quam Arca, in quam noster Noa-Janus cum suis 150. dies
divinitus fuit conservatus. Sed me tacente nemo non vi-
det fabulosam Græciâ instinctu colubri infernalis, & hic
pro veritate suis cultoribus sumum vendidisse. Eadem
multis seculis post terræ quidē cultura, & panis pinsendi
ratio Cereri; vitis v. serendæ ars Baccho ab iisdem assi-
gnatur. In tanto etiam semper honore ac estimio Agri-
culturæ

cultura fuit, ut illam Numinis certi expertem esse nec vel-
lent, nec esse arbitrarentur. Unde Numa militia & rapinis
sub Romulo assuetos cives ad Agriculturæ studium revo-
cavit, Termino Deo agris, qui agri orū limites discerneret,
præfecto; Hæc de Inventione. De honore Agriculturæ
habito jam pauca, Romanos, constat, tanto Agriculturam
studio fuisse complexos, ut Senatores, Consules, Dictato-
res per Viatores ex agris revocaverint, rustica etiam ple-
riq; nomina habuerint. Apud Indos Agricolæ terrā pro-
scindendo, serendo, occando munia sua exequabantur,
reliquis cum hoste confligentibus. Quin & Bos arator a-
pud Athenienses mactari prohibebatur, quod ille esset et-
iam Agricola, & humano generi laborum socius. De utili-
tate hujus studii nemo dubitet, cum Romani alienæ aliæ
terræ cupidissimi, suos sæpiissimè Cives à bellis cessare co-
gerent, & agros ex civitate adire propulsarent, quod Ru-
stici in pace ipsos alerent, & cives in Bello Rusticos tueren-
tur. Hinc terra ab illis nominabatur Mater & Ceres; quiq;
eam colebant, piam & utilem vitam agere credebantur.
Et qui non crederent? Ex terrâ enim, benedicente Deo
auēta quis neget omnia ali, homines, pecudes; hæc semel
atq; iterum si frustretur Colonos, quantus ubiq; gemitus,
quanta lamentatio?

At nos, qui scimus, terra qui sæcundetur, fertilis red-
datur, quibus autoribus frumenta ex agris collecta lapidi-
bus terantur, & deniq; beneficio furni ex farre manibus
subacto & deposto panis in usum hominum præparetur,
non agnoscere Autorem vel Saturnum vel Cererem; Sed
Deum ipsum, protoplastum, ipsiusq; posteros: quâ frōte
Deo omnis boni datori hujus iāti beneficii honorem im-
piè derogemus, hominibusq; maximam partem impiis
adscribamus? Quo furore pulsi Bacchum lurconem im-
piiss-

piissimum vinum, ejusq; culturam invenisse gloriemur,
cum Gentibus, quæ Noꝝ debetur, imo Adamo, & homi-
nibus Antediluvianis? In honorem itaq; Dei & ad ipsius
benignitatem, quæ agros nostros exornavit, declarandam
ex nostris Alumnis unus & alter hoc summum Dei bene-
ficium oratiunculis; MARCUS quidē LUSCHOVIUS ROSTO-
CHIENSIS Agriculturam Encomiasticā; Et JOHANNES NESE
Messem divitem ex Dei gazophylacio productam, Eu-
charisticā, exornabunt. His accedunt alii suo BERNHAR-
DUS VARENDORE de discipulorum requisitis dicturus: &
DIETERICUS LÜZOW, Gustrovienses, ex tenui sorte pa-
rentibus satis ad sublimia emergendi modū subministra-
turus; & hic quidem Græcè. Interveniente a. hac chartā
insinuatoria, rogan per me Viros Nobilissimos, Magui-
ficos, Ampliss. Consultiss. admodum Reverendos Clariss.
Humaniss. Literatissimos & Prudentissimos, adeoq; o-
mnes omnium statuum literatos & literarum poliorum
cultores animi, qua par est, submissione, ut hora IX. diei
XXVI. hujus Mensis in Scholæ Acroatenio primo sua
frequentia gratiosa horum exercitiorū recitationi inter-
esse non dedignantur. Cedet hic ipsorum favor in Dei
honorem, & rei literariæ commodum, dum honesto suo
de his exercitiis judicio alios ad simile studium excita-
bunt; Ipsi insuper grati vestræ in studia humaniora faci-
litatis olim erunt memoratores: Egoq; per officia, si quæ
in N. M. A. R. C. vestras à me proficiisci possunt, non in-
gratus compensator. Valete nobisq; favete.

Gustrovi XXV. Augusti. Anno 1650.

M. Georgius Schedius,
Sch. Gustr. p. t. Rector.

2 : 2

123.

cultura fuit, ut illam Numinis certi expertem essent, nec esse arbitrarentur. Unde Numa militia sub Romulo assuetos cives ad Agriculturæ studiavit, Termino Deo agris, qui agrorū limites dū præfecto; Hæc de Inventione. De honore Agricola habitu jam pauca, Romanos, constat, tanto Agricola studio suisse complexos, ut Senatores, Consules res per Viatores ex agris revocaverint, rustica riq; nomina habuerint. Apud Indos Agricolæ scindendo, ferendo, occando munia sua exeq; reliquis cum hoste confligentibus. Quin & Bonapud Athenienses mactari prohibebatur, quod iam Agricola, & humano generi laborum sociate hujus studii nemo dubitet, cum Romani a terræ cupidissimi, suos sæpiissimè Cives à bellis gerent, & agros ex civitate adire propulsarent, stici in pace ipsos alerēt, & cives in Bello Rusticatur. Hinc terra ab illis nominabatur Mater & Cœam colebant, piam & utilem vitam agere crederent. Et qui non crederent? Ex terrâ enim, benedicta quis neget omnia ali, homines, pecudes; atq; iterum si frustretur Colonos, quāntus ubiq; quanta lamentatio?

At nos, qui scimus, terra quâ sacerdotetur, fedatur, quibus autoribus frumenta ex agris collectibus terantur, & deniq; beneficio furni ex farre subacto & deposto panis in usum hominum prænon agnoscere Autorem vel Saturnum vel Cererem ipsum, protoplastum, ipsiusq; posteros: Deo omnis boni datori hujus tati beneficij honoriè derogemus, hominibusq; maximam partem adscribamus? Quo furore pulsi Bacchum lurcet?

